



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CLXVI. Maceraten. census. De eadem materia de orgationis  
fidiecommissi, & facultatis obligandi ejus bona sub onere extinguendi  
debitum infrà certum tempus, an dicta temporis limitatio obstet ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

batur, dum auctor praeditus se refert ad præcedenter dicta eod. cap. 21. numer. 41. & cap. 4. eadem par. 2. ex num. 14. in quibus locis tractat quæstiones diversas; In primo enim agit de quæstione, de qua etiam apud Rot. decis. 169. par. 3. & decis. 17. par. 7. rec. super retroactione hypothecæ contractæ sub conditione casuali vel mixta in præjudicium ejus, cui medio tempore bona quæstia sunt, & in secundo loco agit de æquali concursu plurim diversis temporibus in vim ejusdem facultatis in eamdem causam mutuantium juxta casum, de quo Apont. decis. 34. Galeott. lib. 2. controv. 21. Olea de sef. tit. 6. quæst. 8. ex num. 20. & habetur actum sub tit. de Regalibus ad materiam officiorum, in Romana diminutionis pretii discut. 12.

In istis autem specialibus terminis, habemus in Urbe bullâ Baronum, æ proximâ istius Congregatio- nis, quod licet quâd Congregatio manus apponit, tunc aperiatur jus ereditoribus ad bona alias sub eorum hypothecis non cadentia, nihilominus postquam solutum est vinculum, eademque bona vel eorum premium effecta sunt libera & alodialia, inter creditores servatur ordo anteriorita- tis & posterioritatis, quod etiam habemus in illis facultatibus, vel interpositione officii judicis super venditionibus feudorum vel officiorum pro latifi- faciendo creditoribus non habentibus assensum vel decreti reservationem, ita nullum jus reale habeant ad ipsum officium vel feudum, cuius res- pectu omnes dicuntur creditores in sola actione personali, nam adhuc intrat concursus juxta eo- rum ordinem, ex jam dictâ ratione, quod facultas aliud non agit nisi removere obstaculum, ac face- re, quod bona remaneant penes possessorum libera & alodialia, quale etiam dicitur premium ex hu- jusmodi bonis differenribus & prohibitis retrac- tum, præterquam respectu creditorum haben- tium assensum seu reservationem decreti, ex iis quæ habentur in proposito deducta sub tit. de Re- galibus ad materiam officiorum, in Romana concursus ere- ditorum, & in Romana pretii officiorum disc. 4. & 10. & sub tit. de feudis ad materiam Bullâ Baronum in Romana restitutio pecuniarum disc. 78.

Illud etiam ponderando, quod dum in eadem facultate Apostolica assertur debitorem gravi ære alieno pressum, desstitutum esse bonis liberis, ac modo illud satisfaciendi, ita Papa illum declarat decoctum & non solvendo, idque ipsi creditoribus innotefecit, dum ex eadem facultate jus dedu- cunt, & consequenter intrant termini avocationis competenti creditoris anteriori adversus possefiorem de pecunia communis debitoris sibi so- luta, & quæ stante dicto malo statu debitoris dici non potest bona fide consumpta Seraph. decis. 1074. Penia decis. 262. juxta Venetam alias 338. juxta Lug- dun. cum alio per Add. ad decis. 9. nu. 45. & sequentibus par. 9. rec. & hæc per discutendum &c.

Cardin. LIGA de Fideicom.

## MACERATEN. CENSUS

P R O  
C O M P A G N O N I S

C V M

N. G A L L O.

*Causa disputata coram A. C. & resoluta pro Compagnone.*

De eadem materia derogationis fidei- commissi, & facultatis obligandi cuius bona sub onere extinguendi debitu infra certum tempus, an dicta temporis limitatio obstat creditori; Et an hic teneatur prius excusare bona libera debitoris, postea ve- ro agere ad fideicommissaria.

S V M M A R I V M.

- 1 **F**acti series.
- 2 **H**abens obligata bona feudalia tenetur prius ex- cutere alodialia, & num. 6.
- 3 **C**reditor non tenetur esse sollicitus de extinctione census vel debiti demandata in licentia dicta debitori.
- 4 **D**atur distinctio, quando empor vel creditor teneatur esse sollicitus de eo, quod continetur in licentia.
- 5 **Q**uando facultas seu licentia concessa cum præfinitione certi temporis isto elapsa esset.
- 6 **D**eclaratur conclusio, de qua num. 2.
- 7 **L**icentia tollit fideicommissum quoad creditorem.
- 8 **D**e discussione ex auth. res qua.

D I S C. CLXVI.

**B**ernardinus de Gallis possessor primogeniturae per Cardinalem Gallum patrum ere- cta, & de qua habetur in Auximana dotum disc. 195. pro ejus ære alieno dissolvendo quo pre- mebatur alijque urgentis, facultatem Apostoliciam obtinuit imponendi tot census in summa scu- torum 600. super bonis dictæ primogeniturae, eaque ad hunc effectum obligandi, ita ramen quod intrâ certum terminum dictos census extinguere deberet; Cum autem in vim dictæ facultatis cen- sum imposuerit ad favorem illorum de Compag- nonis, adversus istos agentes coram A. C. ad bona dictæ primogeniturae contrâ successorem eam possidentem; De duobus opponebatur, Primi scilicet, quod stante lapsu termini in Apostolica facultate præscripti, illa jam expirasset, ideoque non posset ejus vigore agi, allegando in id dedu- cta per Salgad. in labyrinth. par. 2. cap. 4. numer. 88. & sequen.

Et secundo, quod in omnem eventum creditor quam etiam bona primogeniturae obligata habe-

Kk 2 ret.

rer, teneretur tamen prius excutere bona libera principalis debitoris, in quorum defectum subsidiarium remedium haberet ad fideicommissaria, ex iis quæ habentur in terminis feudorum, quæ quamvis vigore assensus generalis vel particularis essent obnoxia, nihilominus prius excuenda essent bona allodialia & libera, ex deductis per Camerar. in cap. Imperialem l. M. Molin de primogen. lib. 4. cap. 7. numer. 1. cum sequen. Apont. de potestate Proreg. rit. de ref. feudorum §. 6. num. 38. & alias Rot. decif. 167. num. 7. par. 5. rec.

Pro creditoribus scribens, cum sensu etiam veritatis, dicebam frivolas parumque fundatas esse rei conventi oppositiones praedictas, præterim vero primam, quæ si subsisteret, operari posset destructionem quamplurium censuum in maximis summis, præterim in Urbe per Religiones, & Ecclesiás, aliaque pia loca impotorum cum Beneplacito Apostolico, vel cum licentia Sac. Congregationis, in quibus apponi solet clausula, etiam iub pœnis, superioribus seu administratoribus, quod intrâ certum præfinitum tempus census, pro cuius impositione facultas conceditur, omnino extingui debeat, & tamen si id non sequitur, non exinde creditoribus aliquod præjudicium generatur, neque eorum actio cessat, ut inconclusa observantia generalis docet.

Et merito quoniam in hac materia, receptissima est distinció, de qua in h's specialibus terminis derogationis fideicommissi & facultatis alienandi vel obligandi bona fideicommissaria habetur in Bonon fideicommissi de Rubeis 30. Maii 1646. coram Corrado decif. 36. par. 10. recent. & aliis in eadem causa editis, quod. Aut aliquid adjicitur per viam conditionis à parte antea, ita ut implementum sit prius quam ad actum procedatur, vel unico contextu, eodemque instanti. Et tunc quia dicitur continere formam, incumbere debet etiam emptori, sed creditori illius implementum sub pena invaliditatis actus, dum ita deficerit dicuntur voluntas Principis concedentes; Aut adjicitur à parte postea per viam modi adimplendi post actum perfectum. Et tunc emptor seu creditor, cum quo contrahitur, non tenetur de hoc esse sollicitus, quoniam Princeps dicitur sequetus fidem venditoris seu debitoris, contrâ quem tantum locus erit paenit vel interesse ob non implementum, Emptor vero vel alter contrahens non tenetur de hoc esse sollicitus, cum sibi sufficiat verificari, seu impleri ea, quæ prescripta sunt pro forma, ut in his specialibus terminis derogationis fideicommissi habetur apud Orthob. decif. 249. per tot. ubi recensentur concordantes, atque hoc jure passim vivitur, cum alias quodammodo impossibile esset reperiri contrafentes, unde gratia remaneret inanis.

Quæ autem dicuntur per Salgad. ubi supra & alios apud eum, perciuntur terminos diversos, ubi scilicet facultas concessa ad certum tempus limitatum, quod si intrâ illud ad exercitum deducta non est, expiret, ad effectum, ut eo termino elapsio amplius non suffragetur, perinde ac si concessa non esset, scilicet autem ubi exequatur est in tempore legitimo.

Præfinitio enim termini non percutit substantiam vel usum gratiae, sed solum reintegram per fideicommissi majoratus possessorem faciendam de bonis alii natis, ita ut aliud continere non videatur, nisi declarationem animi Principis, quod per hujusmodi facultatem non intenderit liberare alienantem a sibi de jure incumbente obligatione reintegrandi fideicommissum, concedendo præ-

niti temporis dilationem, intrâ quam per intentos ad hujusmodi reintegram cogi possint, sed hoc nullatenus percutit emporem feudorum creditorem, qui in vim facultatis sequitur non est fidem ipsius debitoris, sed fidem bona fideicommissi seu majoratus, quorum intentum contraxit, alias non contracturus.

Quoverò ad aliam exceptionem discussi prius facienda de bonis liberis, observabam quod licet Rota dec. 167. p. 5. rec. num. 7. que est eius apud Duran decif. 145. ex Camerar. & Molin. si assentat, Nihilominus est pro ratione dubius ac referendo ea, quæ per unam partem deducuntur, decisio autem est in contrarium, atque non respondendo ad objectum, dicitur etiam in iudicis in contrarium esse magis communem & veritatem qualis in puncto juris omnino censenda est, si obster consuetudo seu stylus particularis Tiberium, quo stylo attento ita in feudi aliquippe colaz tenent; Concurrente etiam pecunia nomine, quod incongruum videatur feudi praemittulata & Dignitatis distracti, quotiescumque bonis liberis, ac allodialibus minus qualificatis suli potest, ut in sua materia sub ita decretis & sententiis deducatur in Tropien. disc. 161.

De reliquo enim, ut haberetur decif. 36. num. 4. & equen. eadem par. 5. rec. ac in eadem decif. 17. julij modi facultates seu derrogations tollerantur obstatulum fideicommissi atque reficiuntur trahentis reducere bona ad statum libertatis, in tertius contrahens aliud inquirere non tenetur nisi quod servetur forma in eadem facultate prescripta, non curando de reliquis, & an fidem missi vel majoratus possident possidat illa bona necnè, cum tertius contrahens ut supra dictum, non sequatur fidem personæ alterius contractum, sed fidem Principis a bonorum, quorum contractus contrahit alias non contracturus.

Neque ad rem facere videbantur termini in auth. res que Cod. commun de legat. super bonis fideicommissariis subsidiaria obligatio, tenus bona libera non adessent, quoniam sic citur facultas sic limitata seu qualificata per legem concessa, idcirco, qui ejus beneficio vult non illam recipere videtur cum sua causa, & ex his præ creditoribus judicatum fuisse credo, cum similes tuis de exitu causa,

## BONON. DIMINVTIONIS FIDEICOMMISSI

*Responsum pro veritate suppressis nominibus.*

An facta alienatione cum licenti Principis vel Magistratus ad id potestatem habentis aliquorum bonorum vel jurium destinatorum fideicommissio particulari, cui Princeps vel Magistratus derogaverit, dicitur